

Idem alibi Poëta scribit:

lib. 4. Nunc quoque coraliis eadem natura remansit ;
Met. fab. Duritiem tacto capiant ut ab aëre, quodq;
18. vimen in equore erat, fiat super equora saxum.

In origg. Becmanno non ineptè à mari dici posse visum est : quasi κόρη
L. L. p. m. κώρη, ἢ κῆρ αἰλός, id est, pupilla, aut quædam quasi virgun-
370. cula maris, scilicet à formâ. Eidem favet derivationi super O-
vid. Metam. comment. Sabinus. Aliis τὸ κῆρ, quasi cor
maris, quòd analogiam cordis exprimat quodammodò &
ex decreto medicorum, vigorem cordis, roboret, deducitur.
Quisque quod volet, eligat : medium ad palatum nobis ety-
mon. Synonyma sunt, ubi lithodendron, quasi lapid-arbor, frutex
marinus, arboreusq; lapis audit. Ad ambiguitatem vocis per-
tinet, quando nunc pro arbore ipsâ, velut causâ, nunc pro ar-
boris fructu, utpote effectu sumitur. De utroque sermo quidem
nobis ; sed distinctus de distincto.

lib. 32. §. II. Quod naturam Coralii igitur concernit, præ-
Hist. Nat. stabit Plinii, quàm propriis eam depinxisse verbis. Forma, ait,
c. 2. est ei fruticis, color viridis. Bacca ejus candida sub aquâ, ac molles :
Exempta confestim durantur & rubescunt, quasi corna sativa, spe-
cie atq; magnitudine. Ajunt tactu protinus lapidescere, si vivat :
Itaq; occupari, evelliq; retibus, aut acri ferramento præcidi. Hac de
causâ curalium (ὅτι ἐν αἰλὶ κρηϊται, quòd in mari tondeatur
scilicet, notante Doctissimo Viro Dalechampio) vocitarum,
interpretantur. De patria coraliorum verò hæc refert : Gigni-
tur quidem, & in rubro mari, sed nigrius item in Persico, vocatur-
que Jace : Laudatissimum in Gallico sinu, circa Stoechades insulas,
& in Siculo, circa Helian ac Drepanum. Nascitur & apud Gravi-
scas & ante Neapolim Campania, maximeq; rubens, sed molle.
Hæc Plinius : qui tamen mala bonis, vera falsis miscet.

§. III. Sapientis est, nec temerè quæquè credidisse, nec
vulgaria sequi dogmata. Forma, inquit, est ei fruticis. Figuram
& extrinsecam partium respexit habitudinem : sentiendo
melius quàm loquendo. Sub plantarum genere interim,
coralium arbor continetur. Species plantarum dux sunt: Her-
ba scilicet & arbor. Errant qui tertiam interserere speciem co-
nan-

nan-